

S CORBINIANVS I. PRAESVL FRVXINENSIS.



**S**ANctus Corbinianus Vualdegisi Boij filius, eruditio[n]e & pietate illustris, anno septingentimo, apud Germanos in Bauaria magnæ authoritatis fuit. Cum autem Grimoaldus Bauariæ pius dux, Pipini Franci consensu, Frisingensem Ecclesiæ fundasset, statim Corbinianus primus eius loci Episcopus ordinatus fuit. Is enim solus dignus uisus erat, qui sua prudentia rem commode administrare, atque omnia eius loci officia rectè distribuere posset. neque spes principes defellit. Nam per uiginti integrlos annos sua doctrina & uitæ innocètia eius loci habitatores optimè instituit, & in uera religione continuit, donec tādem anno Christi septingentelimo tricelimo, uitam hanc relinquēs, beatitudinem cœlestem ingressus fuerit. Huius plurima miracula refert Otto Phryſ. lib.5. cap.25. Ut autem eius successores cognoscamus. eos (quantum fieri potuit) ordine subi[ec]imus. Monst.lib.3. Germaniæ.